Tr 13

DE
LINGVA SPENSERIANA
EIVSQVE FONTIBVS.

SCRIPSIT

ET

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM IN ACADEMIA RHENANA ORDINE RITE IMPETRANDOS

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE IX. MENSIS AVGVSTI A. CIƆIƆCCCXLVIII.

PVBLICE DEFENDET

IOANNES WILLISIVS

ANGLVS.

ADVERSARIORVM MVNERE FVNGENTVR

GVILELMVS GESENIVS, PHIL. DR.
GVILELMVS LORENZ, SEM. PHIL. SODAL. ORDIN.
HENRICVS RVNGE, PHIL. CAND.

BONNAE,

FORMIS F. P. LECHNERI.

CIƆIƆCCCXLVIII.

Ad naturam linguae alicuius penitus perspiciendam, non modo ad fontes e quibus fluxit revertamur oportet, sed etiam totius amnis, ut ita dicam, sequamur cursum. Quae cum ita sint, ad studium linguae quam hodie Britanni loquuntur utile est, si in opera antiquorum scriptorum Britannicorum cognoscenda operam impendimus. Quae cum existimarem, de Spenseri sermone ut breviter dissererem mihi proposui. Hic enim vir egregius non modo penitus cognoverat linguam suae ipsius aetatis, sed praeterea, id quod in meum propositum quam maxime valet, veteri linguae summam operam navavit et in ipsis suis scriptis imitatus est. Ita in insigni carmine, quod inscriptum est nomine »Faerie Queene« antiquioris linguae forma usus est. Lingua alius operis, »Shepheards Calender,« etiam propius accedit ad antiquam linguam. Tertium denique opus, »View of the state of Ireland,« linguam eius ipsius aetatis qua Spenserus vixit exhibet. Primo illo carmine cum maximam sibi acquisiverit gloriam, cumque quam nunc loquimur lingua Anglica inprimis hoc opere illustretur, de hoc solo hac in dissertatione agam.

Prodierunt huius carminis priores tres libri anno MDXC, sequentes tres anno MDXCVI, reliquorum autem sex librorum, quos vel scripsit, vel scribere coepit, fragmenta tantum asservata sunt. In defectione enim illa Irlandica anni MDXCVIII omnia eius manu scripta igne combusta sunt.

Hunc sibi proposuit in carmine componendo finem, ut in epica narratione duodecim virtutes primarias depingeret, et totidem equitum egregiis facinoribus illustraret. Qui equites cum ea susciperent facinora, ut Fatidicarum Reginae gratiam sibi conciliarent, inscriptum est carmen nomine Faerie Queene. Complures critici, propter huius operis praestantiam, Spenserum in numero principum poetarum una cum Chaucero, Shakspearo, Miltone collocaverunt. Nos vero non id nobis proposuimus, ut hanc poeticam carminis virtutem exhiberemus, sed potius ut sermonem quo usus est poeta percontaremur, eiusque rationes et leges demonstraremus. Priusquam autem ipsam rem aggredimur, dicendum aliquid videtur de lingua Anglo-Saxonica et Normannico-Gallica, fontibus linguae Anglicae, ut accuratius cognoscamus ingenium legesque idiomatis quo Spenserus usus est.

Quas linguas priscas si cum lingua Anglica quam nunc loquuntur comparamus, mirandam quandam verborum brevitatem flexuumque paucitatem decursu temporum ortam esse cognoscimus. Hoc tamen brevitatis studium nihil est peculiare linguae Anglicae, sed potius cum caeteris linguis Indo-Germanicis commune. Nam — ut hoc omittam, linguam Latinam iam breviores habere terminationes quam lingua Sanscritica — intelligimus, si cum ipsa lingua Latina dialectos ex ea derivatas comparamus, multos nominum et verborum flexus temporum decursu evanuisse, eorumque loco praepositiones aut verba auxiliaria esse usurpata. Idem intercedit discrimen inter recentiorem et antiquiorem linguae Graecae formam atque inter linguam Sanscriticam et recentiores dialectos Indicas. Eandem denique esse rationem linguae Germanicae nemo negabit, qui cum flexura Gothicorum verborum comparaverit eam qua nunc utuntur Germani. Quamquam lingua Germanica in maiore nominum numero flexus conservavit, tamen dialectus Hollandica, quippe quae

fere semper ad relationes verborum exprimendas utatur praepositionibus, docet Germanicam quoque linguam magis magisque amittere copiam flexuum.

Causa huius rei in accentu videtur sita esse, de quo primum disseram.

DE ACCENTU.

Iam apud antiquissimos scriptores Anglo-Saxonicos observamus, eam plerumque syllabam accentu esse praeditam, quam radicem totius verbi nominamus, id quod in lingua quoque Germanica fit. Rem ita sese habuisse ex versuum Anglo-Saxonicorum constructione maxime apparet; qua de re cf. ***Rask**, Grammar of the Anglo-Saxon Tongue, translated by Thorpe,* p. 135 seq. Inde concludi potest, iam antiquo illo tempore et terminationes verborum et syllabas praefixas velocius et minus fortiter esse pronuntiatas quam radices. Non igitur mirandum est, quod, postquam per longum temporis spatium omni cultu caruit lingua, harum syllabarum, quarum omissione vocis notio non mutabatur, multae abiectae sunt. Et quamquam non potest dubitari, quin commixtio duorum diversorum populorum alicuius fuerit momenti ad copiam et distinctionem formarum minuendam, qui ut sese invicem intelligerent maxima sermonis brevitate usi sint, tamen maximi est momenti ad hanc rem explicandam ipsius linguae Anglo-Saxonicae natura. Quod nisi ita esset quomodo intelligere possemus, quod iam ante coniunctionem linguae Gallicae cum lingua Anglo-Saxonica formarum copia deminuta est. Ita rem sese habere plane probant scripta Anglo-Saxonica ex illa linguae aetate. Exemplum affero ex homilia quae ineunte saeculo decimotertio scripta est. Vide *Wrigt & Halliwell „Reliquiae An-*

tiquae," vol. 1. p. 128 seq. — »Þanne hie mid here wise word turneden mannes herte fram eorðeliche Þankis to hevenliche Þanke . . . . from alle ivele lustes to luven God and heren him« — i. e. — Cum per sapiens verbum averterent hominis pectus a cogitationibus terrestribus ad coelestiam cogitationem . . . a malis omnibus cupidinibus ad Dei amorem obetientiamque — Ex hoc exemplo cognoscimus, iam tunc solam litteram e superfuisse ex adiectivorum declinatione, et dativum numeri pluralis in flexura substantivorum eam iam nactum esse terminationem quae antea solius nominativi propria fuerat, dico litteram s.

In Gallica quoque lingua et in aliis Romanicis dialectis non minus perspicuum est, accentus vi breviora reddi verba. Ita enim factum est ut permultae consonantes litterae ex iis syllabis, quae accentu caruerunt, exciderent aut ad principalem vocis syllabam, quae accentu distincta erat, propius accederent. Qua ratione e latinis vocibus „*magistrum,*" „*sanguinem,*" voces Gallicae *maître, sang* factae sunt, et non raro, ultima Latini verbi syllaba eiecta, in fine vocis ictus positus est, ut in verbo *chevál.* Saepissime autem plenioris terminationis sola littera *e* superest, quae hodie nisi poetica oratione plerumque non auditur, ut in verbis *courage*, *aime.* Vim accentus in verborum Romanicorum formas mutandas maxime cognosces, si leges quas *Diezius, Gramm. vol. 1. p. 123.* exposuit inspicies; quae leges docent, in iis fere solis syllabis, quae accentum habent, certam observatam esse normam in vocalibus mutandis, cum caeterarum syllabarum mutationes maximam prae se ferant licentiam. De loco denique quem tenet accentus, hoc notandum est, voces Romanicas non in radice ictum ponere, id quod Germanicae faciunt, sed potius in hac re linguam Latinam sequi.

Lingua Anglica, quae, quamquam pariter ex illis duabus linguis orta est, tamen Anglo-Saxonicae fere solius leges

observare solet, in accentu quoque huius linguae ingenium secuta est. Namque non modo in iis verbis, quae e lingua Anglo-Saxonica profecta sunt, radix plerumque accentu distinguitur, sed etiam in verbis Gallicis; ut iam in scriptis quae ante Chauceri aetatem composita sunt multis in vocibus observari potest. Quantopere autem accentus vi voces sint contractae iam inde apparet, quod solae terminationes genitivi singularis et nominativi pluralis substantivorum servatae sunt, et quod littera *e* in fine vocis, quae antiquiore quidem aetate flexurae vim habebat, postea vero in rythmicis solum versibus pronuntiari solebat, nunc aetatis plane nunquam auditur.

DE QUANTITATE.

Accentus vi vocales earum syllabarum quae eo carebant esse correptas, iam supra dictum est. Ab eodem studio syllabas quasdam distinguendi orta est productio earum brevium vocalium quae accentum habebant. — Quamquam non possumus demonstrare quibus finibus haec productio coercita fuerit in lingua Anglo-Saxonica, tamen dubitari non potest, quin contractio illa vocum quae antiquiore aetate fiebat, intulerit productionem vocalium praecipuarum. cf. *Grimmium, Gram. pars. I, ed. III, p. 32.* — Lingua Gallica autem omnes fere breves vocales syllabarum accentu praeditarum produxit, nisi duae sequebantur consonantes. cf. *Diezium, Gram. vol. 1, p. 16.* — Anglica lingua hac in re secuta est propemodum linguam Gallicam, quippe quae omnes fere vocales ante duas consonantes corripuerit, ante unam autem, nisi in fine syllabae posita est, produxerit. Videtur igitur vocalium quantitas in lingua Anglica maxime ex accentu dependere, quamquam nonnullae sunt aliae quantitatfs rationes quae sonis ipsis litterarum nituntur.

DE SIGNIS ET SONIS LITTERARUM.

Nulla alia in lingua tam magna est discrepantia inter signa et sonos litterarum quam in lingua Anglica. Neque hanc discrepantiam miraturi sumus respicientes ad linguae huius originem. Cum enim ex duobus orta sit linguis, quae quam maxime diversas hac in re sequebantur leges, fieri non potuit, quin multi alterius linguae soni litteris alterius designarentur, et altera ex parte signa alterius linguae pronuntiarentur alterius sonis.

Iam quaerendum est quatenus utramque linguam lingua Anglica secuta sit et in signis et in pronuntiatione. Si primum comparamus signa Anglo-Saxonica Gallicaque cum Anglicis, cognoscimus linguam Anglo-Saxonicam duas habuisse litteras, quibus nunc lingua Anglica caret, dico ð et þ, non vero habuisse litteras *j. k. q. v. z.* Alphabetum autem Gallicum et Anglicum omnino non differunt, nisi quod multo frequentior est littera *w* apud Anglos. Ex hac alphabetorum similitudine factum est, ut eorum verborum formae, quae a lingua Gallica Angli mutuati sunt, non tantopere differrent a primitivis, quam quae ex lingua Anglo-Saxonica, quum in his nova saepe adhibenda essent signa. Contra si quaeritur utrum sonus quoque litterarum ex lingua Gallica an potius ex Anglo-Saxonica derivatus sit, non mirabimur, quod hac in re magis sese applicavit ad rationem linguae Anglo-Saxonicae, cum maxime cum hac conveniat indoles atque ingenium linguae Anglicae. Difficilis et operosa est haec investigatio sonorum antiquarum linguarum, neque sine comparatione variarum dialectorum perfici potest*). Non-

*) Qui comparationem inter linguam Anglo-Saxonicam et primam linguae Anglicae formam instituere vult, inspiciat *Wright & Halliwell*, *„Reliquiae Antiquae“* quo in opere permulta insunt exempla linguae Anglicae ea aetate scripta, ubi nondum erat permixta cum lingua Gallica.

nullas tamen de vocalium Anglo-Saxonicarum pronuntiatione coniecturas afferre volo.

Ad vocalium sonum significandum utar Germanorum scribendi ratione nisi quod signo *á* sonum quem habet haec vocalis in voce *all*, signo autem *ä* breve *a* linguae Anglicae, quod auditur in voce *fat*, significabo. Consonantium autem sonum ex ratione Anglorum notabo.

a — Consentaneum est vocalem brevem *a* nonnunquam ita esse pronuntiatam, ut sonus efficeretur inter *a* et *o* medius, nam, sequente *m* vel *n*, saepe commutabatur *a* scriptoribus in *o*.

á — Longum *á* similiter pronuntiatum esse et ad sonum *â* prope accessisse non improbabile est.

æ — In nonnullis vocibus pro *æ* scriptum est *e*. Tenet enim hoc *æ* locum inter *a* et *e*, eodem modo ut *a* inter *a* et *o*. Respondet igitur Anglico *ä*.

aé — Longum *aé*, cuius loco in priori linguae Anglicae periodo plerumque *e* scriptum est, praebuit sonum ex *a* et *e* mixtum.

e. i. o — Breves vocales *e. i. o* eosdem fere sonos habuisse videntur, quos hodie audimus in vocibus *men*, *tin*, *from*, nisi quod videtur *ë* propius accessisse ad *i*.

é. í. ó — Longae autem vocales *é*, *í*, *ó* ita videntur enunciatae esse, ut praeberet *e* sonum qui ab *i* non multum distabat, *í* et *ó* autem responderent Germanicis *ī* et *ō*.

u.y. } — Vocalium *u* et *y* pronuntiatio, quin Germanicae
ú.ý. } quae nunc est pronuntiandi rationi similior fuerit, quam Anglicae, dubitari non potest, quamquam verisimile esse videtur, has vocales iam tunc temporis mutationem passus esse, qua factum sit ut *u* cum *o* et *y* cum *i* similitudinem quandam nancisceretur.

ea, *eo* } — Ad has accedunt denique vocales *ea* et *eo* quas
eá, *eó*. } antiquiores scriptores Anglici plerumque in *e* verte-

runt. Ubi breves erant, *ea* videtur similior fuisse sono *ä*, et *eo* propior sono *e* vel *i*. Ubi longae erant, nonnullam videntur similitudinem habuisse et inter se ipsas et cum *e* atque *i*. Non prorsus muta tamen fuisse videntur *a* et *o* in his compositionibus, quin etiam nonnullis in vocibus maiorem videntur habuisse vim quam praecedens *e*.

Si igitur eam vocalium seriem quam Grimmius (*Gram. Pars I, ed. III, p. 33.*) exposuit tenemus, intelligimus vocales Anglo-Saxonicas ita a primitivis recessisse, ut longius removerentur a centrali *a* et propius accederent ad extremas *i* et *u*.

Comparemus nunc linguae Anglicae vocales cum Anglo-Saxonicis, ut cognoscamus, utrum cum his an cum Gallicis plus habeant affinitatis. Breves autem hae sunt: u (book); *ö* (but); *o* (top); *a* (far); *ä* (fat); *e* (men); *i* (pin); longae hae: *u* (goose); *ö* (world); *o* (boat); â (all); *a* (father); *e* (make); i (feet); ad quas accedunt diphthongi: *iu* (dew); *au* (house); *ei* (mice).

Quae, quamquam a vocalibus cuiuslibet priscae linguae differunt, tamen hoc habent cum Anglo-Saxonicis commune, ut magis magisque recedant a vocali *a* et accedant ad *i* et *u*. Cum Gallicis contra eae tantum communes sunt vocales quae in omnibus his tribus linguis eandem habent vim, dico breves *e* et *i* et longam *o*.

Consonantes, cum sint natura sua minus mutabiles quam vocales, non tantopere variatae sunt. Memorandum tamen est, gutturales aspiratas, quas Anglo-Saxones cum caeteris populis Germanicis communes habebant, atque *n* nasale quod inest in lingua Gallica, plane abesse ab Anglica lingua; deinde, quasdam consonantium coniunctiones, quarum frequentissimus erat apud illos populos usus, ab ingenio linguae Anglicae abhorrere. Tales coniunctiones sunt *cn*, *gn*, *wr*, quae initio verborum Anglicorum scribuntur quidem,

sed non pronuntiantur. Praeterea littera semivocalis *y* (Germ. *j*) non auditur nisi initio syllabae; in Gallicis vero verbis, quae in *gne* exeunt, in vocis fine auditur. Littera *w* denique post mutam litteram non reperitur in lingua Anglica in una eademque syllaba. Altera ex parte, duas consonantes haec lingua habet, quae antiquis illis linguis deerant, nempe palatales *ch* et *j*, ut audiuntur in vocibus *church* et *jew*. Linguales autem, quae in lingua Gallica designantur litteris et *ch*, significantur in lingua Anglica litteris *si* et *sh*, vel *ti*, *se*, *ci*, ut in vocibus *vision*, *ship*, *nation*, *nauseous*, *vicious*. Habet igitur lingua Anglica has litteras consonantes:

Gutturales: *k*, *g*, *h*, *ng*;
Palatales: *ch*, *j* et semivocalem *y*;
Linguales: *t*, *d*, *th* (ð), *th* (þ), *sh*, *si*, *s*, *z*; quibus addendae sunt liquidae *n*, *l*, *r*;
Labiales: *p*, *b*, *f*, *v*; praeter semivocales *w* et *m*.

Haec habui, quae de signis sonisque ipsis dicerem, transeamus nunc ad mutationes eorum tractandas.

DE SIGNORUM SONORUMQUE MUTATIONIBUS.

Aut mutatur solum signum, sono non mutato, aut solus sonus, signo servato, aut denique et sonus et signum mutatur.

1. In vocibus, quae e lingua Anglo-Saxonica derivatae sunt, ita plerumque solum signum mutatum est, ut sit littera Gallica loco litterae Anglo-Saxonicae posita. Quarum commutationum gravissimae sunt hae: Transit *f* in media voce in *v*, ut in verbo *heaven*, ex Angl. Sax. *heofon* — Pro *cw* scribitur *qu* — Littera *c*, non sequente *w*, transit in *k* — Mutantur praeterea signa Anglo-Saxonica ð et þ in *th* — Postremo commutatio fit inter *u* et *w* atque inter *i* et *y*.

Signorum Gallicorum nulla fere subiecta sunt huiusmodi mutationibus, praeter quod *u* et *i* transeunt in *w* et *y*.

2. Accedamus nunc ad mutationes sonorum, nulla ratione habita utrum servatum sit signum an non.

Primae harum mutationum est *vocalium productio*, quae, ut iam dictum est, non solum ex iis legibus quas supra attuli pendet, sed etiam ex natura eorum sonorum, qui aut antecedunt aut sequuntur vocalem. Producitur igitur ex lege generali vocalis, ubi consonans aliqua elisa est; nam, ut in lingua Gallica vocalis producitur in verbis *île*, *forêt*, ita in vocibus Anglicis *lâw*, *līe*, *bôught*, *tâught*, e quibus gutturalis evanuit, et in verbo *sign*, ubi semivocalis *y* a fine abiecta est. Voces *cough*, *trough*, *enough*, *rough*, *signify* tali productioni non subiectae sunt, quippe quae non eiectas sed mutatas tantum habeant consonantes. — Non modo vocalium productio, sed soni etiam mutatio fit ante liquidas *l* et *r*, si alia etiam sequitur consonans. Quae mutatio haec est, ut quaevis vocalis propius accedat ad sonum *o*, nisi quod ante *l* vocales *i* et *u* sonum Anglo-Saxonicum non raro servant et *i* ante *ld* in *ī* (ei) producitur. Exempla praecipuarum huiusmodi mutationum sunt haec verba: child, *cild* (infans); bird, *bridd* (avis); mourn, *murnian* (lugere); shoulder, *sculdor* (humerus); turf (cespes); wolf, *wulf* (lupus); murder, *morðor* (homicidium); gold (aurum); small, *smæl* (tenuis); arm, *ærm* (brachium); all, *eal* (omnis); half, *healf* (dimidius); bold, *beald* (audax); burn, *bernan* (ardere); carve, *ceorfan* (secare); birch, *beorce* (betula); sword, *sweord* (ensis). Praeterea notes, liquidas *l* et *r* diphthongum *iu* sequentem in *u* vertere, ut e vocibus *rue*, *blew* cognoscimus. — Ex caeteris consonantibus maximam in vocales vim habet semivocalis *w*, ut quae non modo praecedentem, sed etiam sequentem *a* in *â* mutet, ut exempla *water*, *awe* docent. Vocalis *o* praeterea si inter *w* et *r* posita est, ita afficitur, ut similem reddat

sonum ac *ŏ*, id quod e vocibus *word*, *worth* satis liquet. — Litterae *ld* denique producunt praecedentem' *i* vel *u* in diphthongos *ei* vel *au*; *th* producit *ŏ* in *ō*; *th* et *ss* vel *st* vertunt *ă* in *a*. Exempla sunt: hound, *hund* (canis); slōth (pigritia); path (semita); grass, *græs* (gramen). Est fortasse eodem modo explicanda vocalis *a* in vocibus *father* et *rather*.

Nunc transeamus ad eas *vocalium mutationes* in vocibus e lingua Anglo-Saxonica sumptis, quae neque e productione neque correptione, neque vi consonantium oriuntur, in quibus ratio erit habenda earum solarum syllabarum, quae accentu notatae sunt, ceterarum enim mutationes fere nullas sequuntur leges.

Vocales breves.

A. S.	Angl.	A. S.	Angl.	
y	i	*cycene,*	kitchen	(culina)
	u (ŏ)	*mycel,*	much	(multum)
u	u (ŏ)	*under,*	under	(sub)
	o (ŏ)	*wundor,*	wonder	(miraculum)
o	o	*dropa,*	drop	(gutta)
	o (ŏ)	*ofen,*	oven	(fornax)
a	ă	*hand,*	hand	(manus)
	o	*fram,*	from	(prep.)
æ	ă	*sæt,*	sat	(sedit)
	e	*læs,*	lefs	(minor)
ea	ă	*eax,*	axe	(securis)
	e	*ceaster,*	chester	(urbs)
e	e	*bed,*	bed	(lectus)
	i	*sencan,*	sink	(mergere)
eo	e	*seofon,*	seven	(septem
	ea (e)	*heofon,*	heaven	(coelum)
i	i	*swift,*	swift	(celer).

Vocales longae.

A. S.	Angl.	A. S.	Angl.	
ý	i (ei)	*brýd,*	bride	(sponsa)
ú	ou (au)	*súr,*	sour	(acidus)
ó	oo (u)	*sóð,*	sooth	(verus, veritas)
	o	*ród,*	rode	(crux)
á	o	*mál,*	mole	(macula)
	oa (o)	*ác,*	oak	(quercus)
á	oa (â)	*brád,*	broad	(latus)
aé	ea (i)	*claén,*	clean	(purus)
	ee (i)	*daéd,*	deed	(facinus)
eá	ea (i)	*sceáf,*	sheaf	(manipulus)
	ee (i)	*ceác,*	cheek	(gena)
é	ee (i)	*hél,*	heel	(calx)
	ea (i)	*wérig,*	weary	(fessus)
* *eó*	ee (i)	*beór,*	beer	(cerevisia)
	ie (i)	*þeóf,*	thief	(fur)
í	i (ei)	*fíf,*	five	(quinque)

Hac ex tabula facile est intellectu, quas leges secutae sint vocalium mutationes. Vocales enim breves non tantopere mutatae sunt quam longae, qua in re et in omnibus vocalium mutationibus agnoscimus linguae Anglicae naturam, utpote quae nunquam fere leges linguae Anglo-Saxonicae relinquat. Vitat enim lingua Anglica quoque vocalem *a*, maximeque ad vocales *i* et *u* inclinat. Quae lex ut accuratius perspiciatur, adscribo comparationem longarum vocalium Anglo-Saxonicarum et Anglicarum.

A. S.	ó.	á.	aé.	eá.	é.	eó.
Angl.	u.	o.	i.	i.	i.	i.

*) Si memineris *ea, eá* et *eo, eó* saepe cum *a* et *o* maiorem affinitatem habuisse quam cum *e* et *i*, non miraberis quod voces *sceat, sceort, ceás, ceósan* versae sunt in *shot, short, chose, choose.*

Nunc eas quoque respiciamus mutationes, quae etiam quantitatem vocalium afficiunt.

Brevium vocalium productio leges sequitur quas hic adscribo.

o	fit ō :	*ofer*,	over,	(super).
a	- ā (e):	*macian*,	make,	(facere).
æ	- ā (e):	*læt*,	late,	(tardus).
ea	- ā (e):	*ealu*,	ale,	(cerevisia).
e	- ē (i):	*mete*,	meat,	(cibus).

Vocales *i*, *eo*, *u* brevitatem servare videntur nisi sequitur consonans eas producens in *ei*, *i*, *au*; *y* naturam habere modo vocalis *i*, modo *u*, iam supra monuimus; producitur igitur in *ei* vel *au*.

Longium vocalium correptiones hae sunt:

ú	fit u (ŏ):	*þúma*,	thumb,	(pollex).
ó	fit ou(ŭ):	*bóc*,	book,	(liber).
-	vel o (ŏ):	*bróðor*,	brother,	(frater).
á	fit ŏ :	*hát*,	hot,	(calidus).
aé	- ĕ :	*flaésc*,	flesh,	(caro).
eá	- ea(ĕ):	*deád*,	dead,	(mortuus).
é	- ĕ :	*récan*,	reck,	(curare).
-	vel ı :	*dépan*,	dip,	(immergere).
eó	fit ı :	*seóç*,	sick,	(aeger).
í	- ĭ :	*lín*,	lin,	(linum).

Quarum vocum alterae iam in lingua Anglo-Saxonica correptae esse videntur, alterae tum demum, ubi formam linguae Anglicae propriam accipiebant. Sunt enim voces *flesh*, *reck*, *thumb*, *brother* ita mutatae, quasi essent ortae ex Angl. Sax.: *flæsc*, *recan*, *þuma*, *broðor*: alia ex parte autem *hot*, *sick*, *book* ex Anglicis *hōte*, *sēke*, *bōōk* derivatae esse videntur.

Eorum verborum, quae ex lingua Gallica sumpta sunt, vocales iisdem plerumque legibus subiectae sunt. Exempli gratia; vocales longae *a*, *e*, *i* pronunciantur *e*, *i*, *ei*; vocalis

ai (*e*) producitur in *ea* (*i*); diphthongi *au*, *eu*, *ou*, *ua* pronuntiantur â, iu, au, wâ; cf. *law*, *dew*, *how*, *swan* cum *author*, *Europe*, *hour quality*. Longa vocalis *ū* tamen non, ut Anglo-Saxonica *ý*, in *i* (ei) sed in diphthongum *iu* mutatur.

De consonantibus. Prae ea mutatione consonantium, quae ex assimilatione in nonnullis vocibus oritur, gravissimam videmus hanc, ut lingua Anglica gutturales *g*, *ch*, *c* vitare studeat, easque, nisi prorsus omittit, modo in palatalem *ch* vel *y*, modo in *w*, *v*, *f* vel etiam *th* mutet. Anglo-Saxonicum *sc* fit eadem ratione Anglicum *sh*, quod pronuntiatur ut *ch* Gallicum. Itaque, quemadmodum ex Latina voce *dulcis* formata est Italica *dolce*, sic etiam derivatur ex *cild* Anglo-Saxonum Anglicum *child*; ex *hrycg* (dorsum) ridge; ex *scip* (navis) ship; fit eodem modo *git* (adhuc) yet; *is gicel* (stiria) icicle; *niht* (nox) night; *hleahtor* (risus) laughter; *waég* (fluctus) wave; *agan* (possidere) own.

In iis vocibus, quae nunc *gh* pro Angl. Sax. *h* habent, reperitur saepissime apud antiquiores Scriptores Anglicos *f* vel *th*; exempla reperies *Rel. Ant.* vol. 1, ubi leguntur p. 109 seq. *thath*, *notht*, *botht*, pro Angl. Sax. *ðeáh*, *noht* (*náwiht*) *geboht*; et p. 74 *thof* pro *ðeáh*.

Eaedem mutationum leges in consonantes, quae e lingua Gallica sumptae sunt, valent, ac in eas quae ex Anglo-Saxonica. Nonnullae tamen hoc loco afferendae sunt mutationes earum consonantium, quae linguae Anglo-Saxonicae deerant. Mutatur lingualis Gallica *ch* in palatalem *ch* Anglorum, et *j* vel *g* lingualis in palatalem *j* vel *g*. Utriusque conversionis exempla praebet vox *change* (ex Gallica *change*); cf. praeterea *jew* et *juif*. Sibilantes deinde Gallorum *s* et *z* ubi ante vocalem *i*, alia vocali sequente, in syllaba quae accentum non habet reperiuntur, vertit lingua Anglica in sonos quos habent apud Gallos *ch* et *j*. Exempla sunt: *nation*, *vicious*, *vision*. Pro *gn* denique, quod pronuntiatur *ny* (nj) scribit in fine vocis lingua Anglica *gn* vel *in*, pro-

nuntiat autem *n* tantum, vocali praecedente producta. cf. *gagne*, *gain*; *signe*, *sign*; contra *signifie*, *signify*.

3. Cognosci potest ex iis exemplis quae sub *2* attulimus, sono mutato signa vocalium modo servata, modo mutata esse. Cum de omnibus signorum mutationibus disserere longum esset, sufficiat hic de *ea* breviter disputare, quod pro longo *e* (ī), et nonnullis in verbis pro brevi *e* usurpatur. Hoc *ea* non e lingua Anglo-Saxonica sumptum est; prima enim linguae Anglicae aetate non reperitur, quae praeterea etiam litteris geminatis *ee* et *oo* caret. Chauceri autem aetate omnes iam scriptores his litteris *ee* et *oo* videntur usi esse, qua tamen aetate signi *ea* etiam rarissimus erat usus. In nonnullis saeculi decimi quinti scriptis reperitur *aa* pro *a* producto; cf. *Rel. Ant.* vol. 1, p. 80, ubi legitur *maad* pro *made* (factus).

In verbis Gallicis minus frequentes fuisse signorum mutationes quam in Anglo-Saxonicis exempla modo allata plane demonstrant, cuius rei causam iam antea, cum de signis dissererem indicavi.

Ex tota hac disputatione de vocum elementis omnino apparet, linguae Anglicae leges easdem esse ac linguae Anglo-Saxonicae. Eandem earum linguarum similitudinem et congruentiam cognosceremus, si de verborum flexura similem institueremus comparationem. Quam tamen inquisitionem, cum a proposito nostro aliena esset omittimus, ac nunc igitur ad alteram disputationis partem accedimus.

DE LINGUAE SPENSERIANAE NATURA.

Distinguendae sunt tres linguae Anglicae aetates quarum prima aetate iam emergunt leges quas postea secutura est lingua; aetas altera quasi vacillat et fluctuat, quippe

quae eisdem in rebus modo alteram legem modo alteram observet; tertia denique perfectam iam praebet formam, quippe quae certis subiecta sit legibus. Vixit Spenserus eo tempore, quod medium inter secundam et tertiam aetatem intercedit, quo quidem neque certa erat ratio quam sequeretur lingua, neque tamen prorsus deerat ratio et norma loquendi. Cuius poetae in lingua cum versatura sit haec dissertatio, disputabo primum de accentu, tum de ratione scribendi atque mutationibus signorum sonorumque, denique de verborum flexura. Antea tamen de constructione versuum quibus usus est Spenserus aliquid monendum est, ut appareat quam prona sit lingua ad verba ita corripienda, ut in consonantes exeant. — Stropha Spenseriana non multum ab ea differt qua usi sunt Ariosto et Tasso, nisi quod Spenserus octo versibus iambicis qui ex quinque pedibus constant, nonum adiungit versum qui sex habet pedes. Ipsi autem versus discrimen aliquod exhibent, quod ex diversa linguae Italicae et Anglicae natura pendet; apud Italos enim cuique fere versui adiungitur brevis vocalis, quae accentu caret, ita ut undecim syllabas versus contineat. Cuiusmodi versum in primis tribus libris carminis „*Faerie Quenne*“ ne unum quidem inveni; inde a quarto vero libro nonnulla huius rei reperiuntur exempla, quae plerumque tamen ita sunt comparata, ut consonante terminentur. Hoc in numero est initium strophae 41, Cantus 7, Libri 6.:

»For he was sterne and terrible by nature.
«And eeke of person hugeand hideous
»Exceeding much the measure of mans stature,
»And rather like a Gyaunt monstruous.«

Litteram *e* cuius apud Spenserum usus frequentissimus est, in fine vocis nunquam pronuntiari, sed, ut nostri aetatis, prorsus mutam esse, hic memoro; media in voce in nonnullis verbis Gallicis pronuntiatur, in quibus nunc aut muta est, nec ullam vim habet, nisi ut productionem vocalis prae-

cedentis indicet, aut pressus non scribitur. Qualium vocum exempla sunt: *em-bra-ce-ment* (1. 2. 5) et *com-man-de-ment* (1. 2. 22) quae quatuor efficiunt syllabas; ad quae accedit *sa-fe-ty* (1. 9. 1).

DE ACCENTU.

Spenseri accentus differt nonnunquam ab eo, quo hodie utimur et ad antiquiorem usum accedit; nam verba e lingua Gallica orta saepe huius linguae Accentum servant. Quae enim verba Gallica terminatione *able* finiuntur accentum non ponunt in antepenultima, ut nunc fit, sed, ut videtur, in penultima, id quod haec demonstrant exempla: *dètestáble* (1. 1. 26) et *imperceáble* (1. 11. 17). Praeterea sunt verba quaedam Gallica dissyllaba, quae accentum ponant in ultima syllaba etiam tum quum haec est terminatio, non radix, ut *forrésts* (1. 2. 9) *persóns* (1. 10. 7) *courdge* (2. 1. 42.) *pendnce* (Mut.* 7. 22). Terminationem *y* quoque accentum Gallicum retinuisse haec docent exempla: *ágony'* et *perpléxity'* quippe quae cum *dye* consonent (1. 10. 22); *courtesyes*, quod consonant cum *eyes* (6. 2. 16). Praeterea Spenseri accentus magis est varius et incertus quam scriptorum recentiorum, cuius rei hoc tantum affero exemplum: *whílome* (6. 12. 32) et *whylóme* (6. 12. 35).

DE SCRIBENDI RATIONE, SIVE ORTHOGRAPHIA.

Nulla alia in re tam perspicua est Spenseri inconstantia, quam in orthographia; solebant enim scriptores tunc temporis unum idemque verbum modo aliter, modo aliter scri-

*) His litteris signo fragmentum quod inscriptum est „Of Mutability."

bere. Maxime quidem haec licentia poetarum erat propria, sed etiam scriptores orationis pedestris interdum eam admiserunt. Ita in epistola ad Harveium scripsit *which* et *whyche*; *right* et *righte*; *much* et *muche*; *be* et *bee*; *will* et *wil*; *all* et *al*; *ordinarilye* et *extraordinarily*. Praeter hanc inconstantiam in usu litterae *e* in fine vocis, et litterarum *i* et *y*, atque consonantium geminatarum et non geminatarum, maxima in carmine Faerie Queene licentia orthographiae oritur ex metri ratione: *quight* pro *quite* et *spright* pro *sprite*, consonantia cum *sight* (1. 1. 45); *denay* pro *deny* propter consonantia verba *lay* et *pay* (6. 11. 15); *flud* pro *flood* consonans cum *mud* (6. 10. 7); cf. *deaw* (ros) 1. 1. 36 et *deowe*, 3. 12. 13. Saepissime in fine verborum scribit *ee* pro *y* quod hodie scribitur, ut: *miseree* (2. 2. 2); *chevaleree* (1. 12. 35); similiter *twoo*, *too*, *doo* (1. 1. 33). In usu vocalium *e*, *ee*, *ea* maxime vacillat, ut scribat *arede*, *areed*, *aread*.

DE LITTERARUM MUTATIONIBUS.

In hac disputationis parte primum agam de consonantium vi, deinde de mutationibus vocalium et consonantium

1. *De consonantium vi.* Qua ratione vocales propter omissam consonantem producantur tum exemplis demonstrabo, quum de gutturalium mutationibus agam; hic unius tantum vocis *see* (sedes, habitatio) 4. 10. 30, quae ex Anglo-Saxonico *sell* orta esse videtur, mentionem facio.

Iam supra dixi litteras quasdem liquidas et spirantes magnam in vocales vim exercere, cuius rei hic nonnulla affero exempla: swart, *sweart* (niger) 2. 10. 15 thrall, *þræl* (servus, serva) 1. 6. 6; bourne, *burne* (fons, rivus) 2. 6. 10; owre, *ora* (metallum) 2. 7. 5; stowre, *styre* (cas-

tigatio, calamitas) 1. 2. 7; sturre, *styran* (movere) 1. 4. 40; slouth, *slæwð* (pigritia) 1. 5. 35; trow, *treowian*, (credere) 3. 5. 5; haulst, *halsde* (amplexus est) 4. 3. 49; hoord, *hord* (thesaurus) 1. 10. 38; foorth, *forð* (inde) 1. 1. 8. Verba *carve* (caedere) et *starve* (fame mori) derivantur ab Angl. Sax. *ceorfan*, *steorfan*, quae primum in *kerve*, *sterve* vertebantur, quas formas reperies apud Spenserum, 4. 1. 4. Voces *harrow* (vexare) 1. 10. 40, et *gnarre* (morositas) 1. 5. 35, ita explico, ut sint formae Angl. Sax. *hyrwiam* et *gnyrn* primum in *heorwian*, *gneorn*, tum in Angl. *herrow*, *gnerre* et *harrow*, *gnarre*-convertae. Constat enim vocales *y* et *eo* non procul inter se distare; ostendit praeterea vox *ledden* (lingua) 4. 11. 19, ex Angl. Sax. *lyden*, *leden* orta, huiusmodi conversionem vocalis *y* in *e*.

Litterarum liquidarum et spirantium est praeterea hoc proprium, quod cum sequente vel praecedente consonante facile se coniungunt; qua re saepe minuitur syllabarum numerus in iis vocibus, quae tales semivocales continent, ut exempla quae hic sequuntur docent: monosyllabae sunt hae voces: *monethes* (1. 9. 15); *heavens* (1. 7. 43); *shallowes* (3. 4. 9); dissyllabae hae: *perilous* (1. 7. 2); quod et *perlous* scribitur (4. 4. 40); *adamant* (1. 7. 33); *murmuring* (1. 1. 41); *yoorie* (1. 1. 44); *Sarazins* (1. 2. 20); *womanish* (1. 6. 10); *enimies* (1. 3. 36). Similis est eorum verborum ratio, quae sonum semivocalis *y* pro penultima vocali *i* vel *iu* accipiunt, id quod testatur vox *sumpteous* (1. 4. 6), utpote quae dissyllaba sit et *tumultuous*, quippe quae trysyllaba sit (1. 4. 35). Inter duas etiam voces potest haec contractio locum habere, ut in *many a* (4. 1. 19); *power and* (3. 1. 12); *méry Englánd* (1. 10. 61). Nunc potest intelligi quomodo formatum sit *crimson* ex cremosin, quo utitur Spenserus (1. 11. 3) et ex Gallico verbo *fizonomie*, *visnomie* (5. 4. 11).

Non tamen necesse est adhibeatur haec contractio ubicunque potest adhiberi. Ita reperimus *e-ni-my* (1. 6. 20)

et *gor-ge-ous* (1. 4. 8); *puissance* dissyllaba est in stropha 1. 3. 7, trysyllaba autem 2. 2. 16. cf. praeterea *com-pas-si-on* (1. 3. 1); *con-sci-ence* et *panti-ence* (1. 10. 23).

In aliis vocibus praeponitur quidem liquidae brevis vocalis, ut in *fi-er* (ignis) 1. 2. 17. Hoc modo ortum est ex Angl. Sax. *holm* (fundus) Angl. bottom; ex *blósma* (flos), quod Spenserus *bloosme* scribit (4. 8. 2), nunc, vocali correpta, *blossom*; ex *sorh* (dolor) primum *sorwe*, tum *sorrow* *); ex *búr* (conclave) primum *bowr*, quod Spenserus 1. 8. 37 scribit, tum *bower*.

2. Ad leges illustrandas, quas supra *de vocalium et consonantium mutationibus* exposui, adiicio nonnulla verba e carmine Spenseri, quae, maxima ex parte, vel forma vel significatione ab hodiernae linguae vocibus distant. Primum igitur *vocalium Angl. Sax.* haec exempla demonstrant mutationes:

y fit ou (au) — doughty, *ðyhtig* (validus) 3. 10. 31.
u - o — wonne, *wunian* (habitare) 1. 6. 39;
shonne, *scunian* (vitare) 1. 8. 8.
e - ŏ — beads, *bodiað* (annuntiat, praedicat) Mut. 6. 23.
a - ă — braud (ensis, titio) 1. 3. 42.
- - a — carke, *carc*, (cura) 1. 1. 44.
- - o — brond (ensis, titio) 1. 4. 33; hond (manus) 3. 12. 41; underfong-*underfangan* (accipere) 5. 2. 7; (ex eadem radice autem *newfangleness* (novitas) 1. 4. 25).
- - e — then-*ðanne*- (quam) 6. 7. 6.
æ - a (e) — rathe, *ræðe* (cito) 3. 3. 28.
- - e — whether, *hwæðer* (quo) 1. 2. 19.
ea - a (e) — bale, *bealo* (malum) 1. 1. 16.
- - e — flex, *fleax* (linum) 3. 1. 47;
wex *weaxan* (crescere) 1. 2. 4.

---

*) cf. vocem *Larrow*, de qua supra dictum est.

e fit ĕ — medaswart, *medewyrt* (thalictrum) 2. 8. 20;
lett *lettan* (impedire) 2. 1. 47;
els, *elles* (aliter quondam) 1. 5. 43 & 44.
- - ē (i) — unheale vel unhele, *unhelan*, (detegere) 4. 5. 10 — 2. 12. 64.
- - ī (ei) — tine, *tendan* (accendere) 2. 11. 21.
eo - e — weld, *weoldan* (gubernare) 2. 10. 31;
sword, *sweord* (gladius) 1. 4. 40.
- - o — sword, *id.* 1. 4. 42.
i - i — lin, *linnan* (cessare) 1. 5. 35; blin, *blinnan* (cessare) 3. 5. 22; spill, *spillan* (corrumpere) 3. 8. 26.
- - ī (ei) — hynde, *hina* (servus) 6. 8. 12;
wyte, *wite* (poena, malum) 3. 4. 52.
- - e — wreste, *wrist* (carpus) 1. 5. 6.

ý fit ī (ei) — fyrie, *fýrig* (igneus) 1. 10. 26.
ú - ou (au) — rowme, *rúm* (locus) 1. 4. 12; housling, *húsl* (eucharistia) 1. 12. 37.
- - ou (ū) — uncouth, *uncúð* (ignotus) 1. 1. 50.
ó - oo (u) — roode, *ród* (crux) 6. 5. 35; wood, *wód* (ira, furor) 1. 5. 20.
- - ō — folkemote*), *folcgemót* (comitia populi) 4. 4. 6.
- - ou (au?) — floure, *flór* (pavimentum, locus) 2. 10. 19.
á - ō — hore, *hár* (canus) 1. 9. 4;
brode, *brád* (latus) 1. 4. 16;
sore, *sáre* (graviter) 1. 3. 31;
sory, *sárig* (gravis) 1. 6. 38;
loth, *láð* (odiosus) 3. 9. 13.
á - e (i) — Kesar, *cásere* (imperator) 3. 11. 29.
áe - e (i) — read, *raédan* (consulere) 2. 8. 12;
haeres, *haér* (crines) 1. 2. 11;
breares, *braér* (dumi) 1. 10. 35;

*) In hac voce fortasse ea de causa non mutatur vocalis, quia accentum non habet.

	halfendeale, *healf* et *dæl* (dimidia pars) 3. 9. 52; leache, *læce* (medicus) 1. 5. 17.
eá fit e (i) —	eath, *eáð* (facile) 2. 3. 40;
	eme, *eám* (avunculus) 2. 10. 47;
	eke, *eác* (etiam).
- - ĕ —	hed, *heáfod* (caput) 1. 1. 39.
- - oo (u) —	loose, *leás* (falsus) 1. 1. 48.
é - e (i) —	ween, *wénan* (putare) 6. 7. 15;
	meede, *méd* (merces) 1. 2. 37.
	steade, *stéde* (locus) 2. 11. 6.
eó - e (i) —	teene, *teóna* (damnum) 1. 12. 18;
	sheene, *sceóne* (pulcher) 2. 1. 10,
	seeth, *seóðan* (decoquere) 2. 10. 26;
	theo, *ðeón* (proficere) 2. 1. 33;
	lever, *leófre* (gratior) 1. 9. 32.
- - ie (i) —	liefe, *leóf* (carus) 1. 3. 28.
- - ĕ —	frend, *freónd* (amicus) 1. 1. 28.
í - i (ei) —	tide, *tíd* (tempus) 1. 2. 27.
- - ie (i) —	shrieve, *scrifan* (poenitentiam assignare) 4. 12. 26.
- - e (i) —	shere, *scír* (clarus) 4. 6. 20.

Nunc afferam vocalium mutationes quasdam in *verbis Gallicis* factas, quarum nonnullae in priori parte, ubi in universum de vocalium mutationibus egi, nondum allatae sunt; prope omnes tamen facile explicare poteris, dummodo leges promptas habeas quae de vocalium mutationibus expositae sunt.

an fit aun —	aleggiaunce, *alleggeance* (levamentum) 3. 5. 42; admiraunce (admiratio) 5. 10. 38; counterfesaunce, *contrefesance* (imitatio) 1. 8. 49; straunger, *estrangier* (advena) 3. 9. 20; pawn *pan* (pignus, spondere) 4. 2. 3.

on fit oun	—	renownd, *renomé* (inclitus) 5. 5. 4; astownd, *estonné* (attonitus) 3. 4. 17; compassiowne (commiseratio) 3. 9. 39; rowndell, *rondel* (rythmi genus) 3. 4. 33; gown, *gone* (vestis, induere) 2. 12. 6.
- - on	—	astond (*estonné*) 1 2. 31; astonied (*id*) 1. 2. 16.
au - al	—	salvage, *sauvage* (ferus) 1. 3. 5.
- - aul	—	faulchin, *fauchon* (gladius) 5. 7. 29.
ai - ae	—	laezy, *laisant* (piger) 1. 4. 36.
- - ea	—	encheason, *enchaison* (occasio) 3. 1. 10.
- - ay	—	faytor, *faiteor* (timidus, ignavus) 1. 4. 47.
e - i	—	mistreth-*mestier*- (oportet) 3. 7. 51.
- - ee	—	cheere, *chere* (vultus) 1. 1. 2.
- - a	—	convart (3. 9. 43) pervart (3. 11. 30).
é - é	—	congé (commeatus) 2. 1. 34.
- - y	—	charity, bounty.
er - ay	—	warray, *warrier* (bellum gerere) 1. 5. 48.
oi - ai (*ay*)	—	quaint, *coint* (amoenus, modestus) 3. 7. 10; purvay, *pourveoir* (providere) 2. 7. 11; fay, *foi* (fides) 5. 8. 19.
- - oy	—	coy, *coi,* (quietus) 1. 2. 27).
ou - u (ŏ)	—	trufse, *trouser* (praeparare) 1. 11. 19.
- - oo (u)	—	loord, *lourdin* (homo stupidus) 3. 7. 12.
ovrer - oure	—	discoure, *descovrer* (aperire) 3. 2. 20.
- - ure	—	recure, *recovrer* (recuperare, reficere) 1. 5. 44. discure, *descovrer* (aperire) 2. 9. 42.
ulier - oyle	—	recoyle, *reculier* (removere) 1. 12. 19.
- - uile	—	recuile, — *id* 5. 12. 20.
uer - ew	—	transmew, *transmuer* (mutare) 1. 7. 35;
ue - ew	—	mew, *mue* (cavea) 1. 5. 20.
iver - ew	—	eschew, *eschiver* (vitare) 3. 1. 66.
uire - ew	—	endew, *enduire* (inducre) 1. 4. 51; sew, *suire* (sequi) 2. 2. 17.

Consonantes Anglo-Saxonicorum verborum quemodo lingua Anglica mutaverit illustrant haec exempla:

g vertitur plerumque in *i* vel *y*:
ywis, *gewis* (certe) 3. 4. 37;
yfere (una); fain, *fægen* (laetus);
wayne, *wægn* (plaustrum) 1. 4. 9;
maine, *mægen* (vis, potentia) 6. 10. 32.
kaies, *cæg* (claves) 4. 10. 18; bewray, *wrégan* (deferre, prodere) 1. 4. 39;
sty, *stígan* (ascendere) 2. 7. 46;
lay, *leag* (campus) 3. 10. 23;
wag, *wegan* (ponderare) Mut. 6. 55.
— vel (in fine vocis plerumque) in w:
sawes, *sægen* (dicta) 4. 11. 35;
maw, *maga* (stomachus) 1. 1. 20;
gallow, *galga* (patibulum) 2. 5. 26;
wawes, *wǽeg* (fluctus) 2. 12. 4.

h videtur iam Spenseri tempore vim suam magna ex parte amisisse, utitur enim poeta articulo *an* eas ante voces quae ex littera *h* incipiunt, ut: *an heap* (acervus) 3. 1. 43. Priori tempore scriptum est pro *hw* ineunte voce *qu* (cf. *Rel. Ant.* vol. I, p. 59) et in Gallicis verbis pro *qu, wh.* Hac ratione fortasse explicandum est *q* illud, quod reperitur in voce *quich* (loco cedere) 5. 9. 33, ex Angl. Sax. *wícan.* Conversionis huius litterae in *gh* haec exempla affero:

brought, *brohte* (attulit) 1. 2. 34;
thorough, *ðurh* (per) 1. 10. 1;
wight, *wiht* (homo) 6. 7. 29;
plight, *pliht* (periculum) 1, 5. 19;
plight, *plihtan* (spondere) 2. 1, 34.

Quo *gh* Spenserus nonnunquam utitur ubi non fuit in primitiva voce gutturalis. Hoc enim *gh*, tunc temporis ut

hodie, nullam aliam vim habuit, quam ut productionem vocalis indicaret. Exemplo sit vox eugh, *iw* (taxus) 1. 1. 9.

c — nisi eiicitur, aut vertitur in palatalem *ch* vel in *w*, aut immutata servatur. Exempla sunt:
chaw, *ceówan* (manducare) 1. 4. 30; soothlich, *sódlice* (vere, herte) 2. 2. 14; unlich, *ungelíc* (dissimilis) 1. 5. 28; chaw, *ceác* (gena) 1. 4. 30 (nunc jaw vel cheek); make, *maca* (consors) 3. 11. 2 (nunc mate vel match) mirkesome, *mirc-sum* (obscurus) 1. 5. 28; kynd, *cynd* (natura) 2. 2. 36.

sc — vertitur in *sh* in voce sherd, *sceard* (fragmen) 2. 6. 38; retinetur in vocibus swinck, *swincan* (laborare) 2. 7. 3; Danisk (Danus) 4. 10. 31; scrine, *scrin* (arca) 2. 9. 56; skippet (linter) 2. 12. 14.

ð, þ — aut fiunt *d* vel *t*, aut servantur immutata, ut ex his exemplis cognoscimus: murther, *morðor*, (homicidium) 4. 10. 20 (nunc *murder*); nosethrils, *naesþyrel* (nares) 3. 9. 22 (nunc *nostrils*).

d — interdum mutatur in *th*, ut in voce hundreth, *hundred* (centum) 3. 3. 44; additur interdum post n: andvile, *anfilt* (incus); rownd, *runian* (susurrare) 3. 10. 30; eiicitur tamen post n in voce strene, *strynd* (stirps, genus) 5. 9. 32.

t — mutatur in ch in voce fetch (afferre) ex Angl. Sax. *fætian*, quam Spenserus *fett* scribit, stropha 2. 9. 58; additur *t* in fine vocis boughtes-*bogh, boga* (flexus) 1. 1. 15, nec non in voce clifte, *clif* (scopulus) 2. 7. 23.

Liquidae litterae, omnium consonantium stabilissimae, nullis fere mutationibus subiectae sunt. Metathesim litterae *r* et praecedentis vocalis praebet vox thristy, *þurstig* (siti ardens) 1. 10. 38; mutatur n in m in voce holm, *holen, holegn* (ilex aquifolium) 1. 1. 9 (nunc *holly*); omittitur n in voce undertime, *underntíd* (nona hora matutina) 3. 7. 13.

b — mutatur interdum in p, ut in voce gossip, ex Angl. Sax. *godsib* (sponsor) pro quo Spenserus forma *gossib* utitur (1. 12. 11). Additur *b* nonnunquam liquidae m in fine vocis, ut in *lamb*, *comb* &c.; si autem litterae *m t* sequitur, *p* inseritur, ut in voce Spenseriana *misdempt* (male iudicatus) ab Angl. Sax. *déman*.

w — servatur plerumque in fine vocis post vocalem, quum consonans autem praecedit, aut abiicitur, ut in verbo garre, *gearwian* (curare ut aliquid fiat) 2. 5. 19, aut, praeposita vocali, retinetur, ut in vocibus *borrow*, *morrow*, *sorrow* et aliis, quae in prima linguae Anglicae periodo *borwe*, *sorwe*, *morwe* scribebantur: cf. ea quae in prima huius disputationis parte de consonantium vi dicta sunt. Initio vocis yrkesome, *weorcsum* (nocens) 1. 2. 6, abiectum est *w*, praefixum autem litterae *h* in voce whott, *hát* (calidus) 2. 1. 58.

Consonantes verborum Gallicorum has praecipue subeunt mutationes:

g — servatur plerumque ut in voce guarish, *garir* (sanare) 3. 5. 41, nonnunquam tamen verti videtur in *w*, ut docet vox wage, *gage* (pignus) 1. 4. 39.

gn — in media voce servat sonum semivocalis in verbo mincon, *mignon* (2. 2. 37), perdit eum autem in verbis poynant, *poignant* (pungens) 1. 7. 19; rayne, *regne* (regnum) 2. 7. 21; esloyne, *esloigner* (removere) 1. 4. 20; disloiynd (*id*) 4. 10. 24; essoyne, *essoigne* (excusatio) 1. 4. 20.

ch — fit *gh* in voce arraught (*arracherent*) 2. 10. 24.

Iam vidimus voci *eugh* gutturalis signum *gh* ad notandam vocalis productionem additum esse; eadem falsa analogia inductus scribit Spenserus haught, *haut* (excelsus, superbus) 1. 6. 29.

d et *t* — eadem ratione ut in vocibus ex Anglo-Saxonica lingua ortis, adiiciuntur nonnunquam praecipue ad litteram aliquam liquidam vel spirantem. Exempla sunt: vildly, *vil* (turpe) 1. 1. 20; sownd, *son* (sonus) 1. 3. 4; swownd (animae defectio) 1. 5. 19; margent (margo) 3. 4. 34; sient, *scion* (surculus) 5. 1. 1; weste, *gaive* (vagus) 3. 10. 36. Quorum verborum hodie solum *sound* servat adiectam litteram. Spenseri inconstantiam in hac quoque re videmus; omittit enim saepe hanc lingualem, scribitque, ut unum saltem exemplum afferam, *sowne* et *swowne* 1. 1. 41. Vertitur *t* in *ch* in verbo treachour, *traïtor* (traditor) 1. 4. 41. Omittitur *t* vel *s* in verbo Dan, *Dans, Dant* (Dominus) quod saepe nominibus propriis praeponitur.

s — commutatur in fine vocis cum *c* in verbis *fiers* (ferox) 1. 5. 6, *fierce*, 1. 5. 38; *noise* (strepitu) 6. 8. 47, *noyce* 6. 8. 46. cf. bace, *bas* (turpis); *souse* vel *souce* (irruere); price, *prisier* (estimare) 1. 9. 37.

n — versa est in *l* in voce enfouldred, *enfoundré* (destructus) 1. 11. 39.

f — mutatur in *v* in iis vocibus, quae Gallicam terminationem *if* habent; Spenserus scribit tamen plaintife (moestus) 3. 11. 12 et pensife (cogitans) 3. 12. 44.

Praeter mutationes signorum atque sonorum, permultae sunt aliae vices quibus verborum forma afficitur, quarum gravissimae sunt flexuum mutationes, de quibus nunc disseremus.

DE VOCUM FLEXU.

Ratio quam sequitur Spenserus in vocis flectendis non multum differt ab ea, qua etiam nunc utimur. Si tamen

specimina quae hic sequuntur cum recentioribus comparabis formis, intelliges linguam Anglicam in hac quoque re brevitati simplicitatique magis magisque studuisse, atque Spenserum sequutum esse leges incertiores.

De Substantivis. In declinatione substantivorum praebet carmen *Faerie Queene* formas lenes, *fone* (inimici) 1. 2. 23, et *eyne* (oculi) 5. 1. 14. Servat praeterea in Genitivo singularis numeri terminationem *es*, qua hodie non utimur nisi post litteram sibilantem, vel palatalem *ch*; utitur igitur Spenserus his formis: *Here-es* (1. 11. 6); *worl-des* (1. 9. 31); *clo-thes* (1. 10. 39); *woun-des* (1. 5. 17); *as-pes* (1. 5. 50); *night-es* (1. 5. 23); contra *wounds* (1. 5. 44).

Signum Genitivi non usurpatur post sibilantem sonum. cf. Princesse pride (1. 5. 53).

Interdum ad Genitivum significandum utitur Spenserus pronomine possessivo; cuius rationis etiam apud Anglo-Saxones sunt exempla. Legimus „*Pegasus his kind*“ (Pegasi natura) 1. 9. 21; „*This man of God his godly arms*“ (Huius divini hominis arma divina) 1. 11. 7; *Sansfoy his shield*“ (Clypeus Sansfoii) 5. 5. 5.

De Adiectivis. Anglo-Saxonicarum formarum vestigia in adiectivorum declinatione nulla supersunt apud Spenserum, in comparatione autem hae formae differunt ab iis quae nunc usurpantur: *lesser* (minor) 2. 15. 15; *warre* (pejor) 4. 8. 31; *most**) (maximus) 4. 11. 9. *learnedst* (doctissimus) 4. 2. 35; *fellonest* (nequissimus) 4. 2. 32.

Multa adverbia ex adiectivis formata terminatione *ly* carent, qualia sunt *exceeding* et *unwonted* (1. 4. 9). Gallicam formam servat Adverbium *incontinent* (statim) 6. 6. 8.

Servat Spenserus numeralia Anglo-Saxonica *fift* (1. 10. 41) et *sixt* (1. 10. 42), quae sermo recentior, analogia inductus, in *fifth*, *sixth* vertit.

---

*) *Muchell* (multum, magnus) legitur 1. 4. 46.

De Pronominibus. Pronomen Angl. Sax. *hira* (eorum, earum) servat Spenserus in forma *her* (2. 7. 7).

Videmus pronomen personale secundae personae singularis numeri, *thou*, usurpari, ut hodie in Germania, in alloquendis servis tantum et amicis, *ye* et *you* autem in aliis allocutionibus; e. g.: Stropha 5. 5. 29 domina, ancillam alloquens, formam *thou* usurpatur, ancilla autem forma *you* utitur.

Pronomen *self*, sine alio pronomine, apponitur nominibus, ut in his exemplis: *Eden selfe* (Eden ipsum) 2. 12. 52; *Guyon selfe* (Guio ipse 3. 1. 6); *Saxons selves* (Saxones ipsi) 3. 3. 46.

Pronomina *his* et *her* et *who* non, ut nunc fit, de solis hominibus praestantioribusque animalibus usurpantur; nam legimus inter alia: „*It took his name*" (nomen accepit) 5. 1. 10; „*yvie in his proper hew*" (hedera in naturali suo colore) 2. 12. 61; „*towre whom . . . on her bulwark*" (turris quae . . . super vallum suum) 2. 9. 35; „*eyen whom*" (oculi qui) 2. 4. 15. Relativum *which* autem usurpari de hominibus docet stropha 5. 2. 6.

De Verbis. Tertia persona praesentis Indicativi Singulari numeri terminatur saepissime litteris *th*; exemplo sit contracta forma *mealth* (liquescit) 1. 9. 31.

Terminationis *en* multo frequentior est etiam apud Spenserum usus, quam nostris temporibus. Reperitur enim non modo in participio praeteriti et Infinitivo multorum verborum e quibus nunc evanuit, sed etiam in plurali Indicativi adhibetur; cuius rei exempla sunt: Infinitivus *donne* (facere) 6. 10. 32; participium *doen* (factus) 1. 4. 43; Indicativi *doen*, *beene* (facitis, estis) 2. 9. 37; cf. *weren* (2. 3. 30), *liveden* (2. 10. 7).

Post tenues consonantes et fortiores spirantes in recentiore lingua Anglica terminatio *ed* sonum litterae *t* per assimilationem accipere solet; Spenserus vero non modo

sono sed etiam signo *t* utebatur; cuius scribendi rationis exempla haec sunt: *enhaunst, advaunst, glaunst* (1. 1. 17); *accurst, nurst* (1. 1. 26); *approcht, vanquisht* (1. 1. 27). Non sine aliqua difficultate participia quaedam et praeterita cognosces, nisi et hanc legem et caeteras omnes, quas de orthographia Spenseriana in hac dissertationi exposuimus in promptu habes; scribit enim poeta, ut exempla aliqua afferam; *tight* (tied) propter verbum consònum *Knight* (6. 12. 34) (cf. *tide*, 1. 4. 26); *fylde* (felt) ut consonet cum *chylde* (6. 12. 21).

Syllabam *ge*, quam Anglo-Saxones participio praeteriti praeponere solebant, servat Spenserus in forma *y*, ut demonstrant voces *yblent* (1. 2. 5) *yplaste* (placed) 1. 4. 23.

Participii activi terminationem *and* exhibet inter alia verbum *glitterand* (1. 4. 16). Gallicam formam *ant* prabent verba *persant* (3. 9. 20) et *thrillant* (1. 11. 20).

Ex coniungatione verborum affero praeterea formas quasdam praeteriti eiusque participii, quae a nostro usu differunt.

1. Verba quae apud Spenserum leniter declinantur.

a. vocali immutata.

Praesens.	*Praet.* et *Part.*
sigh (suspirare)	sight.
shend (contumelia afficere)	shent.
alight (descendere)	alight.
bren (urere)	brent.
blend (coecum reddere)	blent.

Quibus adiicienda sunt haec participia: *sprent* (sparsus) et *meynt* (mixtus) et *drent* (mersus).

b. vocali mutata.

read (consulere, declarare)	red. vel rad.
dreade (formidare)	drad.

deem (putare)	dempt.
lean (inclinare)	lent.
hight (nominari)	hight vel hot.
heap (acervare)	hept.
catch (prehendere)	keight.
scrike (clamare)	shright.
pitch (locare)	pight.
deck (ornare)	dight.
reave (arripere)	reft vel raft.
reach (attingere)	raught.
lead (ducere)	lad.
sweat (sudare)	swat.
brust (erumpere)	brust vel brast.
beat (vapulare)	bet.
find (invenire)	foud.
cast (iacere)	kest.

Quibus adiici possunt haec:

abide (manere)	abid.
ride (equitare)	ridd, rad.
bestride (sedere equo)	bestradd.
hold (tenere)	hild.
yield (cedere)	yold.

2. Verba quae Spenserus fortiter declinat.

Praesens	*Praet.*	*Part.*
sleep (dormire)	slep vel slept	slept.
shape (formare)	shope	
rīve (findere)	rĭve	rĭven, rĭve, rift.
drīve (pello)	drĭve, drave	drĭve.
glīde (labi)	glode	
shine (lucere)	shone, shined	
write (scribere)	writt, wrate	writt.
smite (verberare)	smott, smitt	smitt.
clyme (scandere)	clomb	clombe.

shake (quatire)	shoke	
awake (expergisci)	awooke	
stryke (ferire)	stroke, strooke, strake	stroken, stricken.
quake (tremere)	quooke	
wreake (ulcisci)	wroke	ywrake, wroke wroken.
shrink (retrocedere)	shronk	shronk.
drink (bibere)	drunke	drunke.
stink (olere)	stoncke, stanke	
melt (liquefieri)	molt	molten
wex (crescere	woxe, wext	woxen
spring (salire)	sprong	
sting (pungere)	stong	stong
hang (pendere)	hong	hong.

Quibus accedunt anomala haec:

can (posse)	couth, could	
may (posse, velle)	mote, might, mought	
wote, weete (scire)	wist	(un) wist.
bee, (*been*) (esse)	was	been, bin (*bee*)
eo (ire)	yod, yede	gone.

Notes praeterea contractiones n'ote-(*ne-wote*)-nescire; doff-(*do off*)-exuere; d'on-(*do-on*)-induere.

Restat ut de *usu* nonnullorum verborum breviter disseramus.

Verbo *do* utitur Spenserus ad notionem efficiendi exprimendam, ita: „*to doe her die*" (1. 8. 45) efficere ut moriatur. cf. 1. 8. 36. — 1. 10. 32.

Verba impersonalia frequentiora erant Spenseri tempore quam nunc. Pro „*me chaunced*", quod legitur 1. 2. 35 diceremus hodie „*I chanced*".

Notandum praeterea est, ex nonnullis locutionibus apud Spenserum, quae ad similitudinem Latinarum conformatae sunt, elucere classicam eius doctrinam. Exempla haec sunt:

„richesse to compare (divitias comparare) 1. 4. 28; *„relate“* (referre, reducere) 3. 8. 51; *„invent“* pro *„find“* (invenire) 3. 5. 10. Confer praeterea locutionem *„evil heare“* (1. 5. 23) cum Latina illa *„male audire.“*

Reliquum est, ut de *terminationibus*, quae adhibentur ad nomina adiectiva et substantiva conformanda, et de *praefixis* hoc commemorem, earum apud Spenserum nonnullas reperi, quae hodie, aut omnino non, aut rarissime usurpentur, quarum exempla sunt haec.

Terminationes, esse, ise, hed (*hdd*), dome (*dóm*): richesse (divitiae) 1. 4. 7; nobilesse (nobilitas) 2. 8. 18; feeblesse (imbecillitas) 4. 8. 37; humblesse (humilitas) 1. 2. 21; covetise (aviditas) 1. 4. 29; riotise (intemperantia) 1. 5. 46; lustyhed (gaudium) 1. 2. 3; drousyhed (somnolentia) 1. 2. 7; bountyhed (benignitas) 3. 3. 47; maisterdome (dominatio) 4. 1. 46.

Praefixae for (*for*) et to (*to*), quae Germanicis *ver*, *zer* respondent: forwearied (fatigatus) 1. 1. 32; forwandring (errans) 1. 6. 34; forworne (detritus) 1. 6. 35; forhent (raptus) 3. 4. 49; forlent (creditum) 3. 4. 47; to-rent (scissus) 5. 8. 4.

Conferenda sunt praeterea haec verba: dreriment (tristitia) 1. 8. 8; grieffful (tristis) 6. 8. 40; hurtless (innocens) 1. 6. 31; et haec: outwell (effluere) 1. 1. 21; upbrought (educatus) 1. 10. 4; uprose (surrexit) et outfound (invenit) 1. 12. 3.

In quibusdam vocibus tamen videtur lingua recentior in usu praefixarum ab antiquiori forma minus longe distare quam Spenseriana, praesertim in iis vocibus, quae *s* cum alia consonanti in fine primae syllabae coniungunt, ut in his exemplis: sdeigned pro disdained (3. 2. 40); spersed (dispersed) 1. 1. 39; scapt (escaped) 1. 9. 28; cf. praeterea:

playnd (complained) 1. 1. 47; long (belong) 6. 2. 8; refte (bereft) 1. 9. 29; spallos, *espules* (scapulae) 2. 6. 29; colled, *acolla* (amplexus est) 3. 2. 34; gin, *engin* (dolus) 3. 7. 7; fray, *effrayer* (terrore) 2. 12. 40.

Postremo hoc monendum est, aliquot esse *particulas*, quarum usus apud Spenserum non conveniat cum nostro.

Particulam Anglo-Saxonicam, *butan* (nisi) fortasse agnoscere licet in voce *but*, quum dicat Spenserus: *but if* (nisi) 3. 3. 16.

Utitur Spenserus particula *to* ante vocem frend (amicus) eodem modo quo Germani in similibus locutionibus; legimus enim: „*with God to frend*“ (Deo favente) 1. 1. 28; „*with Love to frend*“ (Amore favente) 3. 3. 14.

Reperitur plerumque in iis comparationibus, ubi Gallica lingua „*tout aussi-que*“, utitur, in carmine Faerie Queene „*all so-as*“, ut: „*all so dear as life,*“ (tam cara quam vita) 1. 1. 54; „*all so soon as*“ (simul atque) 1. 2. 4.

Adiicitur saepe ad particulas *before*, *after* et alias, more Gallorum, coniunctio *that* ita: *before that* (antequam) 3. 9. 33; *whilst ever that I may* (tamdiu quamdiu potero) 5. 4. 14. Item particula *for* saepe usurpatur ante Infinitivum, quod hodie nunquam fit, ut in hoc exemplo: *ready for to fight* (paratus ad dimicandum).

Particula negativa geminatur in hac locutione „*let not my rudenesse be no breach*“ 3. 10. 25.

Whenas et *whereas* pro *when* et *where* saepissime usurpat Spenserus.

All cum Coniunctivo adhibetur pro *although*: „*all were her whole delight*“ 3. 7. 9.

Praeter mutationes in vocum forma, de quibus in hac dissertatione disputavimus, subiit lingua Anglica significationum quoque vicibus, quarum exempla hic afferre super-

vacaneum est. Est tamen hic observandum, ea verba plerumque ad ingenium populi magis accommodata esse quae e lingua Angl. Sax. orta sunt, Gallicas autem et Latinas voces saepe formam et significationem mutasse, propterea quod radices e quibus fluxerunt non intelligebantur a populo. Ita fortasse potest intelligi, cur Spenserus scripserit pro Gallico *coward* (timidus), *cowheard* (bubulus) 5. 8. 50. Aliis locis tamen recta forma invenitur, *coward:* (cf. 5. 10. 15 — 5. 10. 10).

VITA.

In oppido, quod, apud flumen Tamesin situm Wallingford dicimus, anno MDCCCXIX natus sum, patre Iosepho Willisio, eiusdem oppidi cive, matre Elisabetha e gente Armstrong.

Ornatissimus atque amicissimus vir, Oramus, qui cum alia beneficia, tum hanc in me contulit gratiam, ut ad litterarum amorem animum incitaret, in oppido natali praeceptor mihi fuit. Hunc autem iam anno decimo sexto vitae meae relinquens Bristolium petii. In qua urbe quatuor per annos, carissimi fratris Guilelmi auxilio, aliis studiis non neglectis, eas tamen praesertim sum persecutus disciplinas, quae in naturae investigatione versantur. Postea autem, artem paedagogicam amplexus studioque linguarum toto animo deditus, anno quadragesimo huius saeculi, patria relicta, in provinciae Normanniae urbem Andelysias me contuli, et in paedagogio, quod ibi vir doctus Calmons moderatur, linguam Franco-gallicam, Latinamque et Graecam docendo discens per triennium exercui. Tum in Germaniam veni, ibique in ludis litterariis urbium Neuwied et Barmen linguas recentiores docui. Deinde vero, anno MDCCCXLVI, haec alma Academia Bonnensis gremio me excepit, studiisque meis maxima incitamenta atque auxilia praebuit. Interfui enim disputationibus seminarii philologici, audivique de litteris Graecis Latinisque disserentes claros viros Welckerum, Ritschelium que nec non Ritterum et Urlichsium, aliarum autem linguarum disciplinam tradentes Diezium, Freytagium, Kinkelium, Lassenium, Monnardum, Schleicherum; praeterea usus sum praeceptis Aschbachii, Brandisii, Dahlmanni, Dorneri, Nitzschii, Riesii, Walteri. Quorum omnium virorum in me studia et officia quamquam hic afferre importunum esset, tamen mecum recordari semper iuvabit.

THEMATA.

I. *Ut cum fructu linguam aliquam doceamus, cum doctrina grammatica coniungere debemus et scribendi et loquendi exercitationes.*

II. *Quod linguae recentiores flexuum copiam amittunt non deplorandum est.*

III. *Non e lingua Germanica, sed e Latina derivata est, littera s qua numero plurali terminantur nomina linguarum Romanicarum.*

IV. *Nomina linguae Anglicae non magis e Gallica lingua quam ex Anglo-Saxonica litteram s receperunt qua numerus pluralis designatur.*

V. *T illud, quod in verbis Franco-Gallicis primae coniugationis ad Indicativi tertiam personam singularis numeri nonnunquam accedit, non e Latina lingua derivatum, sed euphoniae tantum caussa additam est.*

VI. *Spenserum in paupertate mortuum esse non statuendum est.*

VII. *Quae Niebuhrius argumenta affert minime demonstrant vulgarem temporis rationem, qua Coriolanus anno 263 U. C. exsilio mulctatus sit, falsam esse.*

VIII. *Ajax in tragoedia Sophoclea, v. 646—692, non studet consilio decipere Tecmessam et chorum.*

IX. *Cantores (ἀοιδοὶ) Homerici, quod dicuntur ὁρμηθέντες θεοῦ ἀειδέμεναι, non inspirari a dicis, sed domali modo esse indole canendi cogitantur.*

X. *Tac. Agr. c. II init. rectius non scripturam codicis „incusaturus", sed veterum editionum „ni cursaturus" sequaris.*